

## Band V., Nr. 1427, Seite 190-191

*Graf Konrad von Vaihingen überträgt das seitherige Lehngut Krafts von Gräfenhausen in Dietenhausen auf dessen Bitten dem Kloster Herrenalb als freies Eigentum unter Vorbehalt des Wiedereinlösungsrechts für den Lehensmann binnen Jahresfrist.*

Pforzheim, 1257. Februar 23.

Omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Cunradus<sup>a</sup> comes de Vaihingen subscriptis fidem adhibere. Facile labitur a memoria hominum quod non fuerit scripturarum testimoniis fulcitum. Sciant ergo tam presentes quam posterius, quod Krafto dictus de Grauenhusen noster fidelis pro restitutione dampni fratribus in Alba, Cystertiensis ordinis, aliquando indebite irrogati feodum suum in Dietenhusen, quo a nobis hucusque infeodatus esse dinoscatur, cum omni iurisdictione in presentia plurimorum libere et sine coactione arbitrii nostri gratie<sup>b</sup> resignavit, subnixè rogans, quatinus intuitu sui servicii predictum feodum ad nos ratione proprietatis et domini devolutum beate Virgini et fratribus in Alba deo famulantibus cum omni iure et libertate conferre dignemur. Nos igitur eius supplicationibus inclinati prefatum predium nostrum in Dietenhusen tam in agris quam in pratis, ortis, domibus, pascuis, silvis, cum omni libertate tali conditione libera donatione sepedictis fratribus contulimus, ut, si prefatus K. a proximo die resurrectionis domini usque ad sequentem diem resurrectionis domini anni evoluti XXII libras Hallesium non persolverit, sepedictum predium cum omnibus suis attinentiis, ut supra dictum est, memorato claustro sine ulla contradictione perpetuo iure proprietatis in usus fratrum manebit. Testes: dominus Waltherus abbas, dominus Bertoldus prior, frater Cunradus de Winsperch<sup>c</sup> eiusdem loci, milites Bertoldus advocatus de Remchingen, Troschelarius et filius eius Henricus, Dietherus de Illingen, Krafto de Sahspach et alii quam plures. Verum, quia prona sunt sensus hominum ab adolescentia sua in malum, ut hec donatio omni occasione et inpetitione remota firma et inconvulsa permaneat, presentem cedula sigilli nostri munimine duximus [ro]borandam. <br> <br> Acta sunt hec Phorzheim, anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVII<sup>o</sup>., VII<sup>o</sup>. kalendas Martii, in vigilia [Mat]hye apostoli.

---

<sup>a</sup>A': *Cunradus*.

<sup>b</sup>A': *gratie*.

<sup>c</sup>A': *Winsperch*.

## II

Die Urkunde liegt in zwei Ausfertigungen vor; der Textabdruck folgt der in Stuttgart erhaltenen Ausfertigung (A). Die Textabweichungen in dem in Karlsruhe befindlichen Duplikat (A') sind in den Anmerkungen nachgewiesen. Die oben in [ ] gesetzten Buchstaben, welche in der Vorlage weggerissen sind, finden sich hier.<br><br>An langen leinenen Litzen das runde Siegel des Ausstellers aus mit Mennige gemischtem Wachs, 55 mm (IV. A. 2): In einem Schild ein auf vier Bergspitzen stehender gekrönter Löwe; von der Umschrift beim besser erhaltenen Duplikat noch vorhanden: + *Sigillum* . . MITI-EN.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 489 U 288

**Editionen:**

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.  
1=40 (1886) - [...] 1 (1850), S. 237 (Auszug).

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Pforzheim

**Aussteller:**

Konrad; Graf von Vaihingen

**Ortsindex:**

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)<br> Bad Herrenalb, CW<br> Dietenhausen Wohnplatz (7123)<br> Dietenhausen, Keltern, PF<br> Gräfenhausen Wohnplatz (7007)<br> Gräfenhausen, Birkenfeld, PF<br> Illingen Wohnplatz (7023)<br> Illingen, PF<br> Innenstadt Wohnplatz (6718)<br> Innenstadt, Pforzheim, PF<br> Remchingen Wüstung (25960)<br> Remchingen, PF, W<br> Sasbach Wohnplatz (11682)<br> Sasbach, OG<br> Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)<br> Vaihingen an der Enz, LB<br> Weinsberg Wohnplatz (2238)<br> Weinsberg, HN